declarat Aresta quaevis sa per Summas impositas et omnes praetensiones ad eum et eius Successores habitas et praeten tas cassat mortificat et annihilat praesentibus hac sua prae senti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Brewicki Zydowskiemu Condescendit

977 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Ma thias Brewicki Sanus mente et corpore existens à Terris Distri ctibus Iuribus Iurisdictionibus que Suis quibusvis propriis et com petentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitan Premislien Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo in rescripto, Videlicet de scripto certo manu ali de Actu et data illius Hic Praemisliae in positione Actorum Terre strium Premislien Feria Sexta post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Mar tyris proxa Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto Gnosae Sophiae de Siecziechowice primarum olim Gnosi Martini Danilowski secundarum vero Nuptiarum Gnosi olim Petri de Siecin Siecinski Consortis relictae Viduae et praefato olim Gnoso Petro Siecinski secundi Viri Marito ipsius per Gnosum olim Alexandrum Zydowski ratione certarum rerum et praecipue ratione Summae Trium Millium floren Polen praefati olim Gnosi Martini Da nilowski ejusdem olim Gnosae Siecinska prioris Mariti Succe ssionis pervenien et provisionis ab ead Summa Videl Trecentorum floren annuatim pervenien datum manuque eius Gnosi Zydowski propria subscripto et sigillo communito Actisque

Terrestribus Premysliens. inpositione Actorum eorundem cum interpositione Vadij Summae Trium Millium florens. polonis. firmato et roborato tum de eadem ipsa Inscriptione Terri Premysliensi roboratoria nec non de provisione Mille Ducentorum florens. polonis. per annos quatuor ventura à Summa praefata capitali proveniente sibi vero Recognoscenti per eandem Gnosam primi Dunikowska secundi vero Voti Sieciniska Actis officij praesentis cesso et condescenso. Scripto praefato manuali et eius Inscriptione roboratoria praesenti cessionaria in se de praemissis lationibus. Cum omni praemissorum iure dominio proprietate competentiaque et praerogativa quamvis omnibusque et singulis Scripti praefati manualis et eius Roborationis tum et Inscriptionis Cessionariae Iuribusque praesentibus cessi Conditionibus punctis clausulis articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis Summae quoque memoratae Trium Millium florens. polonis. et provisionum ab ea provenientium Utilitatibus fructibus commodis emolumentis obventionibus attinentijsque et pertinentijs generaliter Universis nihil ex praemissis Iuris proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant ac eidem legitime serviebant, iam exnunc et de facto Gnoso Ioanni Andreae Zydowski et eius Successoribus (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Ioannis Andreae Zydowski Cessionarij sui et ipsius Successorum

totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus per ipsum Generosum Joannem Andream Zydowski Cessionarium suum et ipsius Successores hoc idem Jus praesens Cessum summasque suprascriptas praesentibus per se Recognoscentem abscessas, cum Universis ipsis Utilitatibus et Usufructibus competentiaque et Prerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Utifruendi summas praefatas per se Recognoscentem transfusas tollendi levandi et percipiendi de levatis et perceptis quietandi pro eisdemque si non fuerint persolutae Jure agendi processus quosvis iudiciarios instituendi et ad debitum Executionis finem perducendi Caeterisque omnia tanquam sua propria ad suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos Usufructus libere et Effectualiter convertendi Juris praefati originalis ex omnia latius in se complectentis praesentisque Cessi et transfusi vigore.

Orzechowski Starzechowskiemu Roborat.

978 Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Samuel Orzechowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos Suc-